

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Presumptio p
cum fonte primo

Constat eum de se presumere
qui ad sacri ordinis cupit fastigia peruenire.
Merita enim suggerunt bone appetencie nisus
et in qualitate desiderii potest mens honesta cognosci.
Quis enim palestrice artis ignarus in stadium luctaturus introeat?
Aut quis certamini misceatur quod uirtutis consciencia non suadet?
In ipsis conatibus egra languescunt
que meritorum presumptionibus non iuuantur.

Cassiodorus libro IIII. epistolarum, epistola XXV.

Constat eum de se praesumere,
qui ad sacri ordinis cupit fastigia peruenire.
Merita enim suggerunt bonae appetentiae nisus
et in qualitate desiderii potest mens honesta cognosci.
Quis enim palaestricae artis ignarus in stadium luctaturus introeat?
Aut quis certamini misceatur, quod uirtutis conscientia non suadet?
In ipsis conatibus aegra languescunt,
quae meritorum praesumptionibus non iuuantur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum*, 4.25 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.158, ll.2-8).